Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



pugnantij. In omni ore inducabit quasi melme
mona et. & ut musyca in conuiuio uinj. Ipse est di
rectus diuinitus in penitencia gentis. & tulit abhomj
nationes impietatis. & gubernauit ad dnm cor
ipsius & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.
In diebus suis manauerunt putei aquarum. & quasi ma
re adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam.
& liberauit eam a perditione. qui pualuit amplifi
care ciuitatem. qui adeptus est gloriam in conuersatione
gentis. & ingressum domus & atrij. Amplificat eum qsi
stella in medio nebule. & quasi luna plena in diebus
suis lucet. & quasi sol refulgens. sic ille refulsit in
templo dei. Respondens Secdm lucam templo di.
zacharias dixit ad angelum. Vnde hoc sciam. Ego sum
senex. & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens
angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante dm.
& missus sum loqui ad te. & hec tibi euangelizare. Et
ecce eris tacens & non potes loqui. usq; in diem quo
hec fiant. pro eo quod non credidisti uerbis meis. que imple
bunt in tempore suo. Et erat plebs expectans zacha
riam. & mirabantur qd tardaret ipse in templo. Egre
ssus autem non potuit loqui ad illos. & cognouerunt qd uisio
nem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis. &
permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies
officij eius. abijt in domum suam. Post hos autem dies
concepit elyzabeth uxor eius. & occultabat se mensibus quinq;
dicens. Quia sic fecit mihi dns in diebus quibus respexit au
ferre opprobrium meum inter homines. Et ysaye ppte